280

ex integro persolvit ideo ipsum ob sufficientem satisfactionem quietat et liberum facit ac inscriptionem cum eius ligamentis cassat annihilat et mortificat perpetuis temporibus Hac sua praesenti personali recognitione mediante

Pietki Niemyie Dotalitium.

Coram Officio et actis praesen. Castren. Branscen. personaliter compns Nobilis Joannes filius Jacobi Pietka de Pietki Dasie dictus Drohicensis terrestris a foro suo proprio receden. et huic se praesenti incorporan. palam ac libere recognovit Quia Nobili Caterina filia olim Nicolai Niemyiski de Niemyie Młody haeres conthorali sua legitima Nomine Vera dotis post eam accepta et in bona sua importata in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobil. et immobil. bonorum paternorum maternorum quaesitorum obligatorum et alio quovis modo se concernen. Ubilibet sitorum nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum Summam Quadraginta Floren. Polon. dotalitii et aliam summam Viginti Floren. Polon. addotalitii inscribit reformat dotalicat addotalicat et assecurat more aliorum dotalitiorum hoc in Regno Polon. observari solitorum Praetereaque inscriptionem consensit illi ex his actis ad acta Terrestria sui in absentia transferre Nulla protestatione Terrestri obstante.

Niemyiskich Abrenunciatio.

Coram Officio et actis praesen. personaliter compns Nobilis Joannes filius Jacobi Pietka nomine suo et Nobilis Catherina Niemyiska conthoralis suae a qua pacem in forma iuris plenissima cavet sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia sibi Nobiles Stanislaus et Bonas filii olim Nicolai Niemyiski pomni et integra dote tum et paraphernalibus conten. suam conthoralem de bon. paternis et maternis legitime concernen. plenarie et ex integro satisfecerunt ideo ipsos ob sufficientem satisfactionem quietat et liberos facit bonis quibus paternis et maternis nomine eiusdem conthoralis sua abdicit et abrenunciat perpetuis.

Poplawy Donatio.

Coram Officio et actis praesen. personaliter compns Nobilis Nicolaus olim Alberti Bartoszowicz Poplawski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Andreae olim Stanislai Poplawski Alexandrowicz et ipsius posteris bonorum in villa Poplawy consisten. In primo campo sex sulcos incipien. a Via Dabrilowa ad metam Włostowicz tenden. inter metas Jacobi Włostowicz et Szlodzie iacen. Item in luto sulcum cum medio incipien. a fluvio Kurzec prout se extenditur inter metas Alexandrowicz et Własto-

et Włostowicz iacent cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate et haereditate
Cumque omnibus et singulis Utilitatibus et attinentiis exinde modo quovis provenientibus nullis
exceptis dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuo ac in aevum Admittendo
ei intromissionem cum pacifica possessione per ulteriorem et ulteriores dictus acceptans inscribitque se cum
suis posteris eundem donatorium et eius successores occasione praemissorum ab omni impedi
mento iuridico quomodolibet per quosvis propinquos et remotos per omnes praesentibus
Terrestres tueri et evincere solusque per se et per submissas personas non iniuriari Sub
damnis Tribus simpliciter tractatis Et coram Officio praesenti pemptitiva invisione Omnibus in
Universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores penitus abscribendo et abrenunciando.

Kiwinski Quietatio.

Coram Officio et actis praesentibus castrensibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Jacobus
filius Nobilis Joannis Holonka Grochowski sanus mente et corpore existens pa
lam ac libere recognovit Quia sibi Nobilis Albertus olim Stanislai Kiwinski
summam decem Florenorum Polonicalium debiti certi sibi per eum coram actis autenticis
inscripti plenarie et ex integro persolvit ideo ipsum ob sufficientem satisfacti
onem quietat inscriptionem cassat et mortificat perpetuo praesenti recognitione mediante.

Łapy Obligatio.

Coram Officio et actis praesentibus castrensibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Paulus olim Stanislai
Łapinski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Stani
slao olim Petri Łapinski bonorum suorum in villa Łapy Macewina sit quinque sulcos à
manso macierzysty ad granitiem Kołpakowska tendentes inter metas Nobilium Laurentii Łapinski
et eiusdem Stanislai iacentes Item in eodem campo tres sulcos item in tertio loco eodem campo
quinque sulcos incipientes pertendentes et inter metas praedictas iacentes item in alio campo na
Zynkach tres sulcos à granitie Sołtysowska ad viam quae tendit per villam inter metas
Laurentii et Jacobi Łapinskich iacentes cum omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus attinentiis
nullis exceptis in sex Florenis Polonicalibus ad exemptionem obligavit et inscripsit Admittendo
ei intromissionem realem cum pacifica possessione per ulteriorem et ulteriores dictus acceptans Paceque tuitionem
et evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omnibus personis propinquis et remotis cavet Sub
Vadio aliorum sex Florenorum Polonicalium Et coram Officio praesenti pemptitiva invisione omnibus in Uni
versum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus
se et suos successores penitus abscribendo et abrenunciando Sub amissione sui totius causae.